

CONFERENTIA METES '2021 IN CONTEXTU QUAESTIONUM PERTINENTIUM AD SOCIETATEM ET OECOLOGIAM

 **Alexandra CORBETT DEKANOVÁ**¹



ANTAŮPAROLO

¹ Ul.29. augusta 28, 811 09 Bratislava, Slovenská republika  Email: dekanova2@gmail.com



Competing interests : The author declare no competing interests.



Publisher's Note: Slovak Society for Environment stays neutral with regard to jurisdictional claims in published maps and institutional affiliations. Copyright: © 2021 by the authors.



This article is an open access article distributed under the terms and conditions of the Creative Commons Attribution (CC BY) license (<https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/>)

This license allows reusers to distribute, remix, adapt, and build upon the material in any medium or format, so long as attribution is given to the creator. The license allows for commercial use.

Si volumus protegere loca circumiacentia et progredi ad talem evolutionem societatis, quae correlata est cum evolutione rei oeconomicae, cum auctu qualitatis victus et simul naturam et opes naturae posteritatis gratia conservat, statum, ubi hodie stamus, cognoscere debemus. Recognoscere causas problematum environmentalium, quid nobis agendum sit, quo modo ea prohibeamus aut quo modo ea sananda sint, nos ad mutandos modos non solum productionis sed etiam consumptionis, usus productorum et reusus aut perditionis eorundem ducere potest. Notitia eius generis efficere debet, ut qualitative acceptabilior modus hauriendi opes, producendi, consumendi inveniatur, qui non per iussa aut vetita, sed per naturalem cognitionem humanam oritur.

Temporibus novissimis multae regulae iuridicae aut technicae in aream environmentalem introductae sunt, quae coniunctim cohortam normarum modernarum mundi repraesentant, quae gravissima problemata environmentalia civium et operum mercatoriorum solvere adiuvit. Administratio bona rei publicae in area enironmentali inovationes et distributionem pecuniarum in producta et officia oecologica stimulat, quo modo novae opportunitates negotii et exportandi creantur. Res huius generis obligationem internationalem pugnandi contra mutationem climatis et amissionem biodiversitatis nec non studium universalem removendi materiarum nocivarum strati ozonii et fomitem plumbatorum hortantur.

Fames globalis productorum et officiorum, haustio opum naturalium una cum non parvis systematibus productionis consumptionisque in mundo pretia opum fundamentalium, mineralium et energiae augent, contaminationem aeris aggravant, plura retrimenta creant, emissiones globales gasorum thermoepicorum multiplicant, degradationem soli, diminutionem silvarum, amissionem biodiversitatis efficiunt. Paene duae partes oecosystematum mundi decadunt et limites planetae nostrae possibilitatum biodiversitatis, mutationis climatis et cycli nitrogenii transgressi esse videntur.

Propositum evolutionis durabilis societatis civilisationem modernam impellere potest, ut sosietatem humaniorem, oeconomiam iustiore et civilisationem plus civilisatam creat. Homines

occasionem opportunam habent, ut societatem, quae principia cooperationis, creativitatis, iustitiae, participationis et humanismi adhibeat, aedificent.

Causa itaque ad manus nostras est quaerendi, quo modo actus hominum viam novam ingredi possint, viam ab evolutione industriali societatis ad transitionem ad evolutionem durabilem.

Forma industrialis moderna omnes possibilitates evolvendi amisisse videtur et tempus saeculi vicesimi exeuntis et vicesimi primi ineuntis aetatem repraesentat, in qua formas novas evolutionis alternativae fungentis invenire conabamur. Multae theoriae oeconomicae et sociales evolutionis alternativae apparent, quibus viae ad durabilem formam evolutionis societatis et civilisationis investigantur. Paradigma novum evolutionis oritur hodieque fundamentales characterismos formae evolutionis durabilis futurae identificari possunt.

Forma nova imprimis durabilis esse debet, ut evolutionem positivam longaevam efficiat et opes terrae, quibus propter incrementum oeconomicum utuntur, posteritas accedere possit. Mutationes climatis globalis imminentes ostendunt, quo modo libertas et evolutio hominum corrumpitur, cum studium crescendae rei oeconomicae et incrementi eius a studiis environmentalibus separatur. Problemata environmentalia non solum modis technicis solvenda esse possunt, cum aut problema ortum solvebatur aut, quod plus progressivum est, problemati praeveniebatur, sed nos incitare debent, ut quique homo, quaeque societas, immo tota humanitas aestimationem suam, quid pretium putetur, mutant.

Ratio evolutionis sustentabilis et durabilis consistit in modo incrementi oeconomici, qui necessitates societatis satisfacit creando condiciones prosperitatis in spatio brevis, medii et imprimis longi temporis. Ratio haec praesumit evolutionem implere necessitates hodiernas sine minando opportunitates incrementi progressivi pro posteritate (e.gr. exhaustis opibus, quae renovari non possunt sine novis alternativis modis inventis, oecosystematibus vitalibus deletis, condicionibus mutationum naturae inceptis, quae possibilitatem perfungendi generis biologici hominis difficilem reddunt).

Propositum conferentiae scientialis internationalis „METES 2021“ (Motivatio – Educatio – Fides - Environmentum – Securitas) erat praebere spatium pro informatione publici scientifici, delegatorum administrationis regionalis et status, pro commercio experientiarum et pro introductione successuum novorum in area motivationis, educationis, fiducia, protectionis environmenti et securitatis.